

TEXTOS LATINOS PARA HALLOWEEN Y DÍA DE DIFUNTOS

Prof. Fernando Lillo Redonet

Es tiempo de *Halloween* y la cultura anglosajona impone sus costumbres en un mundo globalizado. Sin embargo, la Cultura Clásica está llena de historias de miedo y, además, sentían un gran respeto por sus difuntos, que nosotros hemos heredado a través del cristianismo.

Presentamos dos historias de terror versionadas para Latín I y para Latín II basadas la primera en el *Satiricón* de Petronio (61-62) y la segunda en la carta VII, 27 de Plinio el Joven. Además, incluimos una serie de inscripciones sepulcrales que nos hablarán de los vivos y de los muertos.

LATÍN I

LA HISTORIA DEL HOMBRE LOBO

Olim amicus meus cum centurione ex urbe discedebat. Nox erat, sed luna plena lucebat. Amicus et centurio per uiam festinabant. Vbi per stelas eunt, centurio tunicam deponit et eam circummingit. Ecce centurio euanescit. Magnus lupus subito apparet. Amicus meus ualde timebat. Magnus lupus ululat et ad siluam festinat. Tunica in uia iacet. Amicus tunicam caute inspicit. Ecce tunica erat lapidea. Tum amicus ad uillam amicae suae peruenit. Illa "lupus" inquit "uillam intrauit et oues occidit. Seruus collum eius lancea traiecit". Mane amicus in uiam redit et tunicam non inuenit sed sanguinem inuenit. Mox domum suam uenit. Centurio erat in lecto et collum eius medicus curabat. Centurio erat uersipellis.

appareo: aparecer

caute: cuidadosamente

centurio, -onis: centurión

lancea, ae: lanza

lapideus, -a, -um: de piedra

olim: en cierta ocasión

sanguis, -inem: sangre

silua, -ae: bosque

ecce: he aquí que

euanesco: desaparecer

iaceo: yacer

depono: quitarse

discedo: salir

inspicit:

observar

inuenio: encontrar

stela, -ae: monumento funerario

timeo: temer

traicio, traieci: traspasar, atravesar

tunica, -ae: túnica

ubi: cuando

uia, -ae: camino

uersipellis: hombre lobo

circummingo: mear alrededor

collum, -i: cuello



HISTORIA DE LA CASA ENCANTADA

Erat Athenis spatiosa et capax domus. Nocte apparebat phasma; manibus catenas gerebat et quatiebat. Deserta est domus. Venit Athenas philosophus Athenodorus, legit titulum et domum conducit. Nocte philosophus sonitum ferri audit. Ille non oculos tollit, non stilum remittit, sed animum offirmat. Tum phasma uenit et signum facit. Athenodorus lumen tollit et post eum uadit. Postquam in aream uenit, repente phasma euanescit. Philosophus herbas in loco ponit et signum facit.

Postero die Athenodorus iubet locum effodere et ossa et catenas inuenit. Ossa in sepulcro posita sunt. Postea domus phasmatem non habet.

animum offirmat: se da animos

appareo: aparecer

area: patio

Athenis: en Atenas.

capax: grande.

catena, ae: cadena

conduco: alquilar

effodere: excavar

euanesco: desaparecer

gero: llevar

locum, -i: lugar

lumen: luz

manus: mano

nocte: de noche

ossa: huesos

phasma, -atis: fantasma

posita sunt: fueron colocadas

postero die: al día siguiente

quatio: sacudit

remitto: dejar

signum; -i: señal

sonitum ferri: sonido de hierro

stilum, -i: estilo

titulum: cartel

tollo: levantar



LATÍN II

LA HISTORIA DEL HOMBRE LOBO (Petronio)

Forte dominus Capuae exierat. Nactus ego occasionem persuadeo hospitem nostrum ut mecum ad quintum miliarium veniat. Erat autem miles, fortis tamquam Orcus. Apoculamus nos circa gallicinia, luna lucebat tamquam meridie. Venimus inter monimenta: homo meus coepit ad stelas facere, sed ego <pergo> cantabundus et stelas numero. Deinde ut respexi ad comitem, ille exuit se et omnia vestimenta secundum viam posuit. Mihi [in] anima in naso esse, stabam tamquam mortuus. At ille circumminxit vestimenta sua, et subito lupus factus est. Postquam lupus factus est, ululare coepit et in silvas fugit. Ego primitus nesciebam ubi essem, deinde accessi, ut vestimenta eius tollerem: illa autem lapidea facta sunt.

Qui mori timore nisi ego? Gladium tamen strinxi et umbras cecidi, donec ad villam amicae meae pervenirem. Melissa mea dixit "si ante venisses, saltem nobis adiutasses; lupus enim villam intravit et omnia pecora occidit. Servus enim noster lancea collum eius traiecit".

Mox postquam veni in illum locum in quo lapidea vestimenta erant facta, nihil inveni nisi sanguinem. Vt vero domum veni, iacebat miles meus in lecto tamquam bovis, et collum illius medicus curabat. Intellexi illum versipellem esse.

LA HISTORIA DE LA CASA ENCANTADA (Plinio el joven)

Erat Athenis spatiosa et capax domus sed infamis et pestilens. Per silentium noctis sonus ferri et strepitus uinculorum longius primo, deinde e proximo reddebatur: mox adparebat idolon; cruribus compedes, manibus catenas gerebat quatiebatque. Deserta inde et damnata solitudine domus totaque illi monstro relicta; proscribatur tamen, seu aliquis emere seu aliquis conducere ignarus tanti mali uellet.

Venit Athenas philosophus Athenodorus, legit titulum et domum conducit. Vbi coepit aduesperascere, iubet sterni sibi lectum in prima domus parte, poscit pugillares, stilum, lumen, suos omnes in interiora dimittit; Initio, quale ubique, silentium noctis; dein concuti ferrum, uincula moueri. Ille non tollere oculos, non remittere stilum, sed affirmare animum auribusque praetendere. Tum crebescere fragor, aduentare et iam ut in limine, iam ut intra limen audiri. Respicit, uidet agnoscitque narratam sibi effigiem. Stabat innuebatque digito similis uocanti. Hic contra ut paulum exspectaret manu significat rursusque ceris et stilo incumbit. Illa scribentis capiti catenis insonabat. Respicit rursus idem quod prius innuentem, nec moratus tollit lumen et sequitur. Ibat illa lento gradu quasi grauis uinculis. Postquam deflexit in aream domus, repente dilapsa deserit comitem. Desertus herbas et folia concerpta signum loco ponit.

Postero die adit magistratus, monet ut illum locum effodi iubeant. Inueniuntur ossa inserta catenis; collecta publice sepeliuntur. Domus postea rite conditis manibus caruit.

INSCRIPCIONES SEPULCRALES

Características generales

Están dedicadas a personas difuntas y suelen constar de los siguientes elementos:

1) Una invocación a los dioses manes **D(is) M(anibus) S(acrum)** (consagrado a los dioses manes).

2) El nombre del difunto en nominativo o en dativo (para conocer la composición del nombre romano consulta el capítulo II de la selección de inscripciones dedicado a la sociedad romana)

3) La edad a la que murió frecuentemente indicada por **AN(norum)**, también **A, ANN** y luego el número.

4) La fórmula **H(ic) S(itus/a) E(st) S(it) T(ibi) T(erra) L(evis)** (Aquí está enterrado/a. Séate la tierra leve).

5) El nombre de la persona o personas que costean o mandan hacer la inscripción y en ocasiones su relación con el difunto.

6) Un verbo indicando la colocación o la realización de la inscripción: **F(ecit/ecerunt)** (hizo, hicieron), **F(aciendum) C(uravit/uraverunt)** (se encargó/se encargaron de hacerla), **P(osuit/osuerunt)** (colocó/colocaron).

1) Inscripción a Saturnina (Santa Comba, La Coruña)

Abreviaturas:

DMS= Dis Manibus Sacrum

Nombres propios:

Saturnina: Saturnina

Cuestiones:

- ¿Cuál es el nombre de la difunta?

- ¿A qué edad murió?



2) Inscripción de Atio Rufo y Sabinula a su hijo Gayo Atio Atiano Rufino
Queiruga (Son, La Coruña)



Abreviaturas:

C=Caius

FECE=fecerunt

Nombres propios:

Attius Rufus: Atio Rufo

Caius Attius Attianus Rufinus: Gayo Atio Atiano Rufino

Sabinula: Sabinula

Vocabulario:

facio, -is, -ere, feci, factum: hacer.

Seilensis, -e: natural de *Seilium*, actual Thomar en Portugal


Cuestiones:

-¿En qué caso está el nombre del difunto? ¿Y el de los dedicantes?

- ¿Qué relación hay entre difunto y dedicantes?

- ¿De donde procede Gayo Atio Atiano?

3) **Inscripción de Flacinia Severa a su marido Gayo Arruntio Sereno (La Coruña)**



Nombres propios:

Caius Arruntius Serenus: Gayo Arruntio Sereno

Flaccinia Severa: Flacinia Severa

Vocabulario:

maritus, -i: marido


pienitissimus, -a, -um: cariñosísimo

Cuestiones:

- ¿En qué caso está el nombre del difunto?
- ¿En qué caso está el nombre de la dedicante?
- ¿Quién dedica la inscripción? ¿A quién se la dedica? ¿Qué relación hay entre ellos?
- ¿Qué adjetivo aplica Flacinia Severa a su marido?

4) Inscripción sepulcral cristiana

Observarás que la fraseología cambia con respecto a las inscripciones que ya has visto. Resalta cuáles son las frases de contenido cristiano que no aparecían en las inscripciones anteriores. En la lápida están dibujados unos pavos que son símbolo de la inmortalidad en la iconografía cristiana. Además tienes dos letras griegas A y Ω, la primera y la última letra del alfabeto griego que en un contexto cristiano significan que Cristo es el principio y el fin de todas las cosas: "Yo soy el alfa y el omega, principio y fin de todas las cosas".



Abreviaturas:

M= menses; D= Dies

Nombres propios:

Agricius, -i: Agricio

Evonyma, -ae: Evonyma

Syrica, -ae: Syrica (nombre que puede denotar su origen sirio)

Vocabulario:

caritas, caritatis: amor

hic: adverbio, aquí

pax, pacis : paz

pono, -is, -ere, posui, positum: poner, colocar

pro: prep. de ablativo, por

requiesco, -is, -ere, requievi, requietum: descansar

soror, sororis: hermana

titulus, -i: inscripción

vivo, -is, -ere, vixi, victum: vivir

Cuestiones:

- ¿Qué significan los símbolos que aparecen en la lápida?
- ¿Quién es el difunto? ¿Cuántos años tenía?
- ¿Quiénes dedican la inscripción? ¿Qué relación tienen con el difunto?
- ¿Qué expresiones de origen cristiano aparecen en la inscripción?